



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Refutatio Tractatvs Gregorii De Valentia Hispani, Iesuitæ  
Ingolstad. impij, de prophana, abominanda & execrata,  
verboq[ue] Dei damnata Missa Pontificia**

**Heerbrand, Jakob**

**Tvbīngæ**

**VD16 H 1081**

Generoso Ac Magnifico Domino, Iohanni Raeber à Pixendorff, & in  
Grauenwerd, Comiti comitatus Saaros, Sacratissimæ Cæsareæ,  
Regiæq[ue] Maiestatis consiliario, & partium regni Hungariæ superiorum

...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36568**

GENERO SO AC  
MAGNIFICO DOMINO, IOHAN.  
ni Raeber à Pixendorff, & in Grauenwerd, Comiti comis  
tatus Saaros, Sacratissimæ Cæsareæ, Regiaeq; Maie.  
statis consiliario, & partium regni Hungarie  
superiorum Generali Capitaneo,  
domino suo clementi,  
S.

**A** Edidit proximis nundinis Francofor-  
diensibus, Gregorius de Valentia, Ie-  
suita Hispanus, Ingolstadij, præter Libel  
lum de Idolatria, mortuorum inuoca-  
tione, statuarumq; adoratione, tam diu  
multumq; agitata inter nos controuer-  
sia, Tractatum de Missa, contra me. Non quidem pro-  
vocatus: Lis enim mihi fuit de hac materia, cum alio  
quodam eius socio, in eadem schola, qui & ipse quoq;  
prior me inuasit, proposita de Missæ sacrificio: Disputa-  
tiōe: cui egoproposita alia, respōdi. Hic nescio qua re mo-  
tus ardelio Hispano, nū fortē imparē huic certamini Col-  
legā iudicari, vt succenturiator illi succederet: vel ve  
solus A tlas, qui cœlum Papisticum nutans, ruinamq;  
minitans, & Missam Pontificiam, à Luthero labefacta-  
tam ac prostratam, erigere possit & sustentare, ab  
omnibus iudicetur, Disputatio nem illam meam refu-  
tandam, hinc inde quibusdam excerptis, Tractatu illo  
de Missæ instituto, suscepit. Quem ego hominis ve-  
sanī Tractatum, demonstrata Missæ impietate, horren-  
daq; coenæ Dominicæ prophanatiōe, hoc Libro refuta-  
ui, meāq; defendi Disputationē. Atq; ita cum monstris  
Pontificijs perpetuum est mihi & irreconciliabile bel-

P R A E F A T I O.

Ium. Qui tamen labor mihi perfacilis fuit, quod bon  
vanus & ambitiosus, solum clamoribus, sophistica,  
calumnijs agat contra me, visitataq; Papistarum arg  
menta, quibus Dagonem illum suum & Maysim ( verbis scripturæ utar ) stabilire conantur, ex decreto  
conciliabuli Tridentinum repetat. Prolixè autem  
lōgis errorum ambagibus, probare cupit, Missam sua  
verum esse sacrificium, idq; per folia plus quam de  
centa, productis locis, de Melchisedech, qui panem &  
vinum exercitu Abrahæ protulisse à Moze scribitur.  
Vbi homines isti lyncei Sacrificiū vident corporis &  
sanguinis Christi, sub specibus panis & vini in figura  
oblatum ab illo. Et Malachiæ, qui scribit: In omni loco  
offertur incensum nomini meo, & oblatione mundi  
quia Magnum nomen meum in gentibus: quo loco pro  
missum Missæ sacrificium ab illis prohibetur, scilicet  
Sic enim Patres, quos isti crepant, loca hæc de Missa  
sacrificio, quod pro peccatis viuorum & morruorum  
purgatorio liberandorum, proq; alijs necessitatibus, offerendum,  
interpretatos esse. Hæc summa est com  
menti prolixit. Refutauit autem firmis, solidis & pa  
spicuis scripturæ S. S. deinde etiam Patrum testimonijs,  
ut cum scriptura S. consentiant & concordent  
quæ Adversarius contra coenæ Dominicæ institutionis  
à Christo factam ( quæ fundamentum totius est dispu  
tationis ) allegauit, & corrupit.

Hunc librum, Magnifice Baro, Generositatibus  
dedico, speroq; non fore hoc meum officium ingratum.  
Sed forte mirabitur quidam, quo ego id faciam consilium,  
cum argumentum hoc persona minus conuenire vide  
atur. Quid enim summo Hungariæ Capitaneo infinitis  
bus Turciæ, quasi in acie, præsidio certe & statione per  
petua

petua contra Turcicas irruptiones collocato, cum libroz.  
Et quidem de Missa, vel potius cōtra Missam scriptoz  
cum Missis potius maximo numero isthinc celebratis,  
tyrannis & rabies Turcica repellenda videat tur supersti  
tiosis adhuc quām plurimis. Adde, quod vulgus grega  
riorum militū plerunq; malē audiat, profaniq; dicant  
tur, quōd neglecta pleriq; pietate & religione, castra  
tantū & non templo sectentur, nisi ut illic rapinas exer  
cent, & diras in Deum euomant plerunq; execratio  
nes. Sicut Poeta canit:

*Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur.*  
*Venalesq; manus, ibi fas, ubi maxima merces.*

Sed & fortis ac strenui milites armis magis, gladijs,  
bombardis &c, quæ quotidie tractant, quibusq; cum  
hoste congregendum, quām librīs, qui ad militiam &  
victoriā incepit esse parumq; facere videntur, gaudent  
& delectantur.

Verūm, si rem rectē perpenderimus, longē secus  
habet, quām vulgo existimatur. Hoc enim vitæ genus,  
militum scilicet, Deo probatur, in eoq; grata ipsi fieri  
possunt: quod Baptista, à militibus interrogatus, quid  
sibi faciendum esset, docet. Non enim, armis abiectis,  
stationem, & vitæ genus deserere & mutare, sed in eo  
dem perseverare, & quæ vocatio postulat iustē, facere  
præcepit. Ad tuendam enim patriam, pacem, vel con  
seruandam, vel amissam reparandam, tranquillitatemq;  
Reipub, defendendam milites Deus vocat: vt in pace,  
tranquillitate, & ocio pietatem colere & sectari, sanctē  
& iustē vivere, quietamq; & tranquillam vitam  
agere, in omni pietate & castitate, vt docet Aposto  
lus, atq; ita Religionem veram ac sinceram propagare  
possimus: quæ hostilibus barbarorum incursionibus,  
omnia non solum neglecta facent (silent enim inter ar  
): ( ma

P R A E F A T I O:

ma leges) sed etiam vastantur, & penitus eueruntur  
quod proh dolor in illis partibus, quæ in Turcorum ve-  
nerunt potestatem, videre est. Iste ergo finis est mi-  
litiae, & militum, & Capitaneorum, & Ducum Christia-  
norum. Sic David bella gessit, & Deo dante successum  
fœlicesq; euentus, ac victoriam contra hostes, facili-  
fuit Rex, Dux, & Imperator, quod gratus agnoscit.  
prædicat, dicens: Benedictus Dominus Deus meus  
qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos a  
bellum, Protector meus, & in ipso speravi, qui subdi-  
populum meum sub me. Qui das salutem regibus, qui  
redemisti David seruum tuum, de gladio maligno erip-  
me, & erue me de manu filiorum alienorum &c. Iten  
Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus no-  
saluabit me. Nec enim patres nostri in gladio suo po-  
sederunt terram, & brachium eorum non saluavit eos,  
sed dexteratua, & brachium tuum. Sic Ioab, summa  
militiae eius dux, ubi iam instructa acie, cum hoste co-  
grediendum & dimicandum esse videt, fratrem Abish-  
 quem alteri cornui præfecerat, cohortatur, Esto viri  
tis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Defen-  
stri: Dominus autem, quod bonum est in oculis ipsius  
faciet.

Deinde victoria magis, pijs à Deoprecib⁹ impetrata  
quam robore exercitus. Sicut Iosaphat, pius Rex, nō  
armis, quam precibus ad Deum fuis, insignem & pra-  
claram victoriam reportauit. Sic Maccabæi quoq; pro  
lege Domini, & sic aris & focis pugnantes, precibus  
magis, quam viribus, quibus longè erant inferiori  
præclaras reportauerunt victorias gentibus.

Præterea, in historia Euangelica trium fit mentio  
capit

P R A E F A T I O

Capitaneorum, qui et si Ethnici fuerint, extra Remp<sup>r</sup> Iudeorum, maxima tamen illorum fuit & prædicatur pietas erga Religionem gentis Iudaicæ, veram tum interris Dei Ecclesiam. Quorum vñus Synagogam extruxit Iudæis, in qua conuenientes Scripturā sacram tractarent, Deum pijs inuocarent precibus, colerent & celebrarent: cuius fidem supra modum Christus prædicauit, eamq; longè omnibus suæ gentis hominibus hoc nomine pretulit: Amen, inquiens, dico vobis, tantam fidem non inueni in Israel. Centurio vero qui Christo adstitit in cruce morienti, Deum glorificauit, huncq; crucifixum, in medio pendentem latronum, quem Pontifices & sacerdotes, qui Ecclesia Dei perhiberi volebant, eiusq; columnæ præcipuæ, in cruem suo iudicio & sententia, tanquam blasphemum & seditionis, egabant: iustum ipse, & verè filium Dei pronunciat, & confitetur. Quantò igitur hic omnibus istis melior, iustior, sanctior Ceturio: Sic & Cornelij præcipue Centurionis prædicatur pietas, cui Deus misso angelo apparuit, pleniorēm q; sui cognitionem per Apostoli Petri prædicationem dedit, & postea effuso Spiritu S. dominis miraculosis illustrem reddidit, vt cum tota familia Christum, Saluatorem vnicum, vera fide agnouerit, & coluerit. Interea Scribis, Pharisaïs, Sacerdotibus, & Pontificibus populi Dei, qui vel soli videbantur Ecclesia Dei, in sua impietate perseverantibus, derelictis, & pereuntibus, quod Christum recipere nollent, Apostolosq; eius persequerentur. Quod ipsum hodie quoq; accidit.

His pijs Centurionibus, Generose Baro, si Generositatem tuam annumerem, (nihil do auribus) non peccatur

P R A E F A T I O

peccaturum me scio. Audio Generositatem tuam, puer, invictissimi, potentissimi, & fœlicissimi Imperatoris Caroli V. castra secutum, & sub illo tyrocini exercuisse. Sicut eleganter admodum Virgilius scripsit Euandrum, Regem senio confectum, Pallanta filium suum Aeneam adiunxit, hisque commendasse verbi:

Hunc tibi præterea spes & solatia nostri  
Pallanta adiungam, sub te tolerare Magistro  
Militiam & graue Martis opus, tua cernere facta  
Affuecat, primis & te miretur ab annis.

Ita Generositatem tuam à parente Generoso l. Christophoro (quem adhuc in viuis octuagenari maiores esse audio) invictissimo illi Imp. sed meliorato, traditam & commendatam, sub illius signis auspicijs, perpetuis exercitata bellis, per omnium hominorum gradus, ob incredibilem militiae peritiam, sumnum ascendisse fastigium, Ut iam pro Republica Christiana in finibus Turcicæ in praesidio collocata, summa cum laude versetur. Ingens decus est & ornamentum fortitudo bellica, & rarum Dei donum fœlices salutares duces exercitus. Quod si accedat vera amicitia, vera Dei agnitus, fides indubitate, invocatio Dei vera per Christum, timor & obedientia Dei: nihil pulchrius, nihil maius excogitari potest in terris. Tales fuerunt duces militiae, Iosua, David, Iosaphat, Hilkias, Reges Iuda; Tales, Constantinus verè Magnus, Carolus Magnus, Ottones, Henrici, Friderici, Imperatores.

Talem, Generose Baro, te quoque à multis prædicarum audio. Satis etiam celebrare Generositatis tuæ pietatem. D. Caspar Craerus, aulicus eius concionator, me poterat

P R E F A T I O

potest, literis de ea ad me datis. Nam bellica virtus,  
quia in oculis versatur omnium, & publicum bonum  
est, alias omnibus est nota. Hæc verò domestica  
sunt, & priuata pietatis exercitia quotidiana, preca-  
tionum, lectionum sacrarum meditationes, & colloquia  
derebus sacris, etiam in mensa, maximè finitis conci-  
onibus sacris, stadium & amor religionis nostræ synce-  
ræ, educatio liberorum, & assuefactio ad pietatem, in-  
stillatis pietatis seminibus teneris eorum animis, ca-  
ptiuorumq; Christianorum redemptio. Sicut cùm hęc,  
tūm alia, idē ad me perscripsit, tantis G. T. animi orna-  
tam esse dotibus, vt verè affirmare possit, Deum in eam  
omnes effudisse virtutes ac dona spiritualia liberalissi-  
mè. Quòd si tales multos haberet Germania Duces &  
Capitaneos, nā facilius & fortius incursiones & im-  
pressions Turcicæ repellerentur. Hisce enim Deus sa-  
lutem dat, sicut David cecinit. Quæ cum in hunc sint  
comparata modum, author idem D. Crazerus mihi fu-  
it, vt Scriptum hoc sub nominis vestri auspicio publi-  
carem, meq; hoc ipso rem vobis, pro singulari vestro er-  
ga Religionem nostram synceram amore & studio, fa-  
cturum gratissimam, mihi confirmavit. Nec dubium  
est, vestra pieate & precibus plus vos apud Deum, pa-  
trem liberatoris nostri Iesu Christi, eisq; tanquam glos-  
bis bombardicis, contra barbaros & crudeles Turcos  
emissis, efficere, quām Pontificios omnes, in toto orbe  
Christiano, cum omnibus suis Missis, quibus Deus nō  
propitiatur, nec ira eius placatur, sed magis irritatur  
& prouocatur horrenda ista Idolatria, coenæq; Do-  
minicæ prophanatione. Cumq; Missas suas isti execra-  
tas nolint facere missas, dubium non est, Deum illis  
pro-

P R A E F A T I O.

Prouocatum, Turcos immittere, vt ipsi Missam ab  
gent. Quod ipsum Ieremias populo Iuda conciona  
sed frustra, quemadmodum nos iam quoque aduen  
tus. Quia Iddolatræ cœci sunt. Nihil omnino au  
faciamus nos virinç officium, Docendo, scribendo:  
nos: Vos verò præliando fortiter, & coniunctis ad  
um precibus petamus, vt Germaniam, dulcissimam  
stram patriam, contra rabiem Turcicam, & Ponti  
am, clementer defendat, sinceramque Religionis &  
bi sui doctrinam apud nos conseruet, & ad posteri  
tem quoque propaget.

Postremò, Generose Baro, humiliiter peto,  
hoc meum studium æquo animo, hilarique fronte  
eximia vestra pietate, suscipiatis. Ego uicissim G  
nerositatem vestram Deo Opt: Max. commend  
quem toto pectore oro, vt eam florentemquàm diutissim  
conseruet, adauctis animi & corporis viribus, an  
lisque suis castis, piorum custodibus, cum exercitu & pi  
sidio infinitis Turcicis circumuallet & castramete  
in circuitu vestro, atque roboret, vt multa Reipub. Ch  
ristiana salutaria, contra communem patricie hostem  
ciatis, Amen. Data Tubingæ, Calend: Februa  
Anno 1581.

Jacobus Heerbrandus  
& Professor Theologus  
Academia Tubingen